





1. *Musei s. Joh. diff. in Exist. an Romanos* Cap. IX. v. 19 = 23. *Jene 1652.*
2. *diff. de vera presentia corporis Christi in S. Coena.* *Jene 1652.*
3. *diff. II. de natura et definitione Ecclesie.* *Jene 1655.*
4. *diff. de resurrectione Christi a mortuis,* *Jene 1653.*
5. *Musei s. petri diff. de Baptismo,* *Helms. 1669.*

THESES
DE

ASCENSU CHRISTI
IN COELUM, ET SES-
SIONE AD DEXTERAM
Dei Patris omnipotentis,

Quas divina adjuvante gratia,

PRÆSIDE

DAVIDE R. VNGIO, S. THEO-
logiæ Doctore & Professore in Acade-
mia Vitebergensi

*Pro summo in Theologia gradu consequen-
do propugnabunt*

DN. DANIEL STANGIVS, ECCLIE-
siæ Oldenburgensis Pastor.

M. ANDREAS SCHAFFMANNVS, EC-
clesiæ Tremonianæ ad D. Mariam Pastor.

M. HENRICVS TETTELBACHIVS,
Cynocomæus, Palatinus.


*Die 26 Maii, horis matutinis & pomeridia-
nis, loco consueto.*


Editio secunda correctior.

Excusæ typis Gronebergianis.
M. D. XCVIII.

69







THESES

De ascensione Christi in coelum,
& sessione ad dextram Patris
omnipotentis.

I.

DE gloriosa Iesu Christi in caelos ascensione, & collocatione ad dextram maiestatis divinae acturi, principio illustra aliquot scripturae Propheticae & Apostolicae testimonia, quae huic capiti Christianae doctrinae solida tubternunt fundamenta, enumerabimus.

II.

Ex Prophetarum oraculis maximè conspicua sunt dicta Psal- Funda-
morum, ut Psal. 68. Ascendisti in altum, captivam duxisti captivi, menta ar-
tatem, accepisti dona in hominibus. Psalm. 47. Ascendit Deus in ticuli de
jubilo. & Dominus in voce tubae. Psal. 110. Dixit Dominus Domi- ascensu
no meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabel- Christi in
lum pedum tuorum. caelum.

III.

Ex Novo Testamento testimonia partim historica, partim di-
dactica de hoc doctrinae articulo sunt consideranda : Prioris ordi-
nis sunt: Marc. 16. Et Dominus quidem, postquam locutus est illis,
assumptus est in caelum, & consedit à dextris Dei. Luc. 24. Et factum
est, cum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in caelum. Act. 1.
Cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit
eum ab oculis eorum.

IV.

Posterioris generis sunt dicta, Ioh. 20. Ascendo ad Patrem
meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Act. 2.
Dextra Dei exaltatus effudit hoc quod videtis : Certissimè sciat
omnis Israel, quia & Dominum & Christum fecit Deus hunc Ie-
sum, quem vos crucifixistis. Act. 3. Christum oportet caelum cape-
re usque ad tempora ἀποκαταστάσεως πάντων. Similia ac plura legan-
tur Ephes. 1. & 4. Phil. 2. 1. Cor. 15. Ebr. 1. 2. 7. & 8. 1. Pet. 3.
Act. 5. Col. 3. Matth. 28.

A 2

Verum



V.

Verum quia ad fidei puritatem non sufficit nuda scripturae verba scire ac meminisse, necesse est, eorundem veram sententiam, voci divinitus patefactae per omnia consentaneam, investigare, eamque adversus inferorum portas tanquam sacram anchoram fidei ac spei constanter tueri. Quod ut fiat commodius, primo de ascensu Christi in caelum, ut is ab Evangelistis est descriptus, tum de dextera Dei, & Christi ad eam collocatione, dicturi sumus.

DE ASCENSU CHRISTI

IN COELVM.

VI.

Principio historia ipsa ab Evangelista Luca diligenter descripta, ostendit, Christum ex mortuis redivivum, post intervallum quadraginta dierum, quibus Apostolorum coetui frequens affuit, & plurima de regno Dei, de Ecclesiae collectione in toto terrarum orbe, de miranda ejus protectione ac gubernatione in medio hostium, fremente Satana & mundo, cum illis locutus est, exeuntem ex urbe Ierosolyma, Bethaniam versus (Lucae 24. vers. 50.) in monte Oliveti constitisse, Act. 1. v. 12. & discipulis suis ultimum vale precantem, eisdem inspectantibus in caelum sublatum esse.

VII.

Nec fuisse disparentiam, qualis describitur Luc. 24. Vbi Christus mensae assidens, sit ἄφαντος: Aut inane & evanescens spectaculum vel phantasma; sed veram ac visibilem translationem corporis Christi ex loco inferiori in superiore, & τοπικὴν μετασασιν naturae assumptae, demonstrant emphatica verba scripturae: Nam Marci 16. dicitur, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν, quod verbum Lucas retinet Act. 1. v. 2. 11. & 22. Significat id autem veram loci mutationem, hoc est, rei alicujus aut personae ex inferiori loco receptionem & translationem in superiorem, ut Act. 10. v. 16. Vas continens animalia munda & immunda Petro in visione oblatum, quod antea versu 11 dicitur de caelo demissum in terram, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν.

VIII.

In aliis dictis idem verbum significat assumere aliquem, & abducere e conspectu & consuetudine, ut nautae ἀναλαβόντες Apostolum Paulum, & equites eundem ἀναλαβόντες abduxerunt Act. 20. v. 14. & 23. v. 31. Utraque significatio praesenti instituto servit. Nam

Acta Christi redivi-
vi per 40.
dies.

Vera Christi eleva-
tio & lo-
calis a-
scensus

Assumere.

Nam & sursum receptus, & à conspectu & visibili, consuetudine ac conversatione discipulorum, nec non totius Ecclesiæ, abductus est Christus, ut restantur acta Apostolorum.

IX.

Eadem est vis verborum, quæ in Luca extant cap. 24. v. 51. Christus attollens manus benedixit discipulis, & factum est, dum benediceret illis, διεσκη ἀπ' αὐτῶν, hoc est, separatus est, vel recessit ab eis: Et ne hoc de quavis loci mutatione aut abitu Christi acciperetur, addit Lucas, ἢ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, hoc est, sursum ferebatur in cælum. Sic enim verbum ἀναφέρεσθαι in sacris usurpatur Matt. 17. v. 1. Marc. 9. v. 2. Christus discipulos suos in excelsum montem ἀναφέρει.

Christus
sursum
fertur.

X.

Lucas in actis rem eandem alio verbo exprimit cap. 1. v. 9. Christus βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, hoc est, Videntibus illis sublatus est. Significat autem ἐπαίρεισθαι sursum levari vel attolli, ut passim ex scriptura patet, quando videlicet aliquis attollit vocem Act. 2. v. 14. Oculos Luc. 6. v. 20. manus Luc. 24. v. 50. calcaneum Iohan. 13. v. 18. Caput, Luc. 21. v. 23.

XI.

Extra omnem itaque controversiam hoc statuimus, Christum corpore suo per resurrectionem glorificato, ex monte Oliveti sursum evectum, paulatim de loco inferiori in superiorem sublatum fuisse vel ascendisse: Idque ad majorem rei fidem Lucas, videntibus cunctis Apostolis (ne phantasma fuisse arbitremur) Act. 1. v. 9. factum testatur, qui abeuntem oculis sequentes dicuntur ἀρροζοντες εἰς τὸν οὐρανὸν, hoc est, intentis oculis cælum contemplati fuisse, in quod Christum viderant sublatum.

Localis
ascensus
est extra
contro-
versiam.

XII.

Deinde terminus hujus visibilis & localis ascensionis exprimitur, videlicet ὁ οὐρανός. Et Lucas quidem expressius rem exponit, quo usque Apostoli abeuntem Christum fuerint oculis secuti, videlicet, donec nubes eum aspectui ipsorum subtraheret. Neque vulgarem aliquam nubeculam, ventis temerè agitaram, se inter visum Apostolorum & Christi corpus interposuisse; sed singulari ac speciali operatione Dei ad hoc destinatam ostendit phrasis Lucæ Act. 1. ver. 8. ὡς ἔλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν: hoc est, suscepit eum venientem tanquam Dominum suum, & involvit, ne amplius conspiceretur.

Terminus
ad quem.

XIII.

Et haecenus quidem res omni disceptatione caret, dum utrinque concedimus, Christum visibili spectaculo ex monte Oliveti sublatum fuisse in altum, donec nubes eum exciperet. Deinceps vero quaeritur, quod per nubem Christus tandem pervenerit? Respondet scriptura magno consensu, quod in caelum ascenderit. Quod ut rectius intelligatur, significata hujus vocis breviter eruemus.

XIV.

De caelo.
1.
Significatio.

Vsurpat nomen Coeli Christus de aere terram ambiente, in quo sunt nubes; hinc appellantur volucres caeli, Matt. 6. Luc. 8. Sed Christum ascensu suo non esse aliud translatum, quam in aërem, atque in eo, tanquam suo proprio loco ac domicilio, usque ad mundi finem residere, ab omni pietate alienissimum est: Et refutant hoc commentum dicta, quae ipsum caelis excelsores factum testantur; Neque ipsi Calviniani, quantumvis Christum certo loco affigant, adeo stolidi sunt, ut eum in regione aliqua aeris morari distiterent.

XV.

2.
Significatio.

Aliquando vox caelorum significat totum systema caelestium orbium, in quo sunt luminaria & reliquae stellae errantes & fixae, ut Gen. 1. Pl. 8. &c. Sed ad id caelum stellarum Christum locali motu à nube sursum ascendisse, nulla affirmat scriptura: Cumque id continua agitatione, dierum ac noctium & temporum anni discrimina naturali suo motu describat, impium planè foret fingere, Christum corpore suo circa Solem aut stellas, tanquam in propria sua sede, versari usque ad mundi finem.

XVI.

Et ut hanc imaginationem mentibus eximat Spiritus S phrasin istam ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, per alias æquipollentes sic interpretatur: Christus ascendit ὑπεράνω πάντων οὐρανῶν, hoc est, supra omnes caelos, Ephes 4. ver. 10. Similiter & ad Ebræos 7. v. 26. Christus dicitur ὑψιλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, excelsores caelis omnibus factus: Et ad Heb. 4. ver. 14. Habemus pontificem διεκλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, qui penetravit caelos, Iesum filium Dei.

XVII.

3.
Significatio.

Docuerunt olim Monachi, supra caelum stellatum ac primum mobile adhuc aliud esse caelum, immobile, ingens, amplum, spatiosum, lucidum, quod ab ignea vi appellant Empyreum, in quod

sen



senferunt recipi animas piorum, ibique frui conspectu Dei & con-
fuetudine Ecclesie triumphantis: Et ridiculè altitudinem huius ex
suo cerebro extracti domicilii, & distantiam à terra dimensi sunt
tantam, ut si ex eo lapis molaris demittatur in terram, vix septua-
ginta quatuor annorum intervallo inde descendere queat, ut videre
est ex illis, quæ Keiserisbergius ex Bernardino & Roseto annotavit, Vide Bul-
ling. in lo-
cum Io-
han. 14.
Et nostro seculo non absimilem huic temerariæ assertioni opinio-
nem in chartis Sacramentariorum animadvertere licet.

XVIII.

Loquitur quidem scriptura de cælo, in quod beatorum spiri-
tus recipiuntur, idque vocat paradysum vel hortum, Luc. 23. v. 43. Appellati-
ones cæ-
lorum, in
quibus
sunt beati.
sinum Abrahamæ, Luc. 16. regnum cælorum, Matth. 8. Locum, Ioh. 14.
domum Patris, Iohan. 14. & in ea mensam, accubitum, cibum, po-
rum, sedes ac thronos ponit, Matth. 3. v. 11. Luc. 22. v. 30. Matth. 19. v. 28.

XIX.

Sed hæc à similitudine rerum, quæ sunt in seculo hoc, trans-
lata esse ad beatitudinis æternæ & cælestis descriptionem, tam est
manifestum, quàm quod manifestissimum, nisi fortè cum Mahome-
to Calviniani delirare, & superiora ista omnia Ψ ρ τ δ μ (quod alio-
qui parum curant) accipere velint.

XX.

Esse aliquem locum, aut aliquod certum π δ , vel in hoc crea-
to mundo, vel extra eum, in quo colliguntur credentium animæ, &
fruuntur consolatione usque ad diem restitutionis omnium, non
imus inficias. Neque enim (secundum scripturæ sacræ vocem) ani-
mæ rediguntur in nihilum, neque temerè circumvolitant in aëre in
medio diabolorum, qui principes aëris appellantur, neque hærent
in cælis stellatis, neque delitescunt in sepulchris, aut mari innatant:
Sed procul dubio colliguntur credentium animæ, vinculis corpo-
rum solutæ, angelorum sanctorum ministerio, in certum aliquem
locum, à damnatorum sede distinctum, Luc. 16. Vbi autem is sit,
quem Apostolus tertii cæli nomine denotasse, & in eum per ϵ κ σ α σ ρ
raptus existimatur, nos, Deo & Scriptura tacente, libenter ignorare
profitemur. Auris enim non audivit, oculus non vidit; nec in cor
hominis ascendit, quid præparavit Dominus diligentibus se. 1. Cor. 2.
Esa. 64.

Nec

XXI.

Christi corpus retinet veri corporis quantitatem.

Nec dubium est, Christum in glorificato ex mortuis corpore suo, istum quoque beatorum locum, quicumque & ubicumque tandem est, adisse, suoque lætissimo conspectu sanctorum animas divino ac cœlesti solatio perfudisse, eisque visibiliter facie ad faciem adhuc conversari, secundum veri corporis modum: Sed utrum ascensio Christi in cœlum nihil importet amplius ac majus hac translatione, de eo non immeritò quæritur.

XXII.

Vide Beza in Colloquio Mompel. In thesibus, quæstionibus & cont. Westphalum.

Calviniani statuunt, Christum locali transitu à nube, quæ eum ab oculis discipulorum excepit, per orbem Planetarum & firmamentum, successu loci, ascendisse in cœlum beatorum, quod illi supra firmamentum cum Monachis positum sentiunt; Et hoc locali motu dicunt ipsum indiguisse, ut ad Patrem veniret: Hoc themate quasi extra litem posito, concludunt, Christum corpore suo tanto intervallo à terris, & à cœnæ sacræ symbolis abesse, quantum distat supremum cœlum à terra.

XXIII.

Petitiones principii.

- 1.
- 2.

Sunt autem in hac tam audaci assertione tria enormia ἀπίματα & ἄλογα. Nam Christum à nube per orbem Planetarum subvolasse, & per firmamentum localiter transisse, probandum erat prius, quam assereretur. Adhæc, cœlum illud beatorum esse locum naturalem, amplum, spatiosum, lucidum, mansionibus distinctum, probandum erat prius, quam affirmaretur. Denique cœlum, in quo colliguntur sanctorum animæ, & conspectu DEI fruuntur, positum esse supra firmamentum, probandum erat prius, quam statueretur.

XXIV.

De loco cœli beatorum.

Vsarpat quidem Scriptura appellationes tales, quæ cœlum beatorum sursum esse innuunt, ut Col. 3. Quæ sursum sunt, quærite. Act. 7. Stephanus elevatis oculis Christum videt in cœlis apertis. Elias receptus in cœlum, sursum elevatur: Neque sanè nos affirmamus, Paradisum esse deorsum in terræ centro, cujus nimirum locum nos ignorare fatemur: Veruntamen ex istis testimoniis hoc, quod Calvinistæ volunt, confici negamus.

XXV.

Paulus enim Col. 3. Non de locorum loquitur intervallis, sed de vitæ humanæ curriculo, Ea enim, quæ sursum sunt, ubi Christus

stus est, interpretatur de justitia, sanctitate, veritate, ut ex oppositis, quæ deorum esse dicuntur, colligi potest.

XXVI.

Stephani verò visio aut revelatio, facta in Spiritu, non satis firma est ad novum istum fidei articulum, de certo Paradisi loco sciendum, præterquam quòd in textu etiam dicitur Stephanus Christum vidisse stantem à dextris Dei. Cùm autem dextera Dei certus cœli locus non sit, ut infra ostendetur, non potest ex hac visione id, quod Calvinistæ volunt, extrui.

XXVII.

Quòd autem Eliæ translatio per evectionem in aërem, cœlum stellatum versus facta est; ex eo Elisæus Propheta & discipuli Prophetarum hoc, quod adversarii volunt, colligere non potuerunt, sed judicârunt, per raptum singularem, divina virtute & angelorum ministerio, ipsum aliò fuisse translatum, ut ex 2. Reg. 2. v. 16. videre est.

XXVIII.

Et in universum cùm articuli fidei manifesto & perspicuo verbo Dei niti debeant; hæc autem opinio de Paradisi situ super stellatum cœlum nullo scripturæ evidenti testimonio probari possit: fatemur, nos eam pro fidei Christianæ capite amplecti & habere non posse.

XXIX.

Præterea Christum, dum in terris versaretur, à Patre locorum intervallo tanto abfuisse, ut illi necesse fuerit spatium illud, quod inter supremum cœlum atque imam terram interjacet, ascendendo emeriri, UT AD PATREM PERVENIRET, putum putum de-
lirium, & figmentum est planè impium.

XXX.

Est enim Christus in Patre, & Pater in Christo, Ioh. 14. neque latum unguem à terra ascendere, ut ad Patrem veniret, Christo unquam necesse fuit, quippe qui unius indivisæ essentiæ est cum Patre. Nec Pater locorum intervallis disjunctus, nec mole magnus est, sed ubique præsens propter essentiæ infinitatem & ὁμοσίαν Deus non cum filio semper est, fuit & erit in filio, nec magis est in loco supra firmamentum aut in cœlo beatorum, quàm in terris, etsi uno in loco luculentius se manifestat, quàm in alio. Humana quoque natura Christi assumpta in ὑπόστασις λόγος, non longè absuit à Patre, cùm localiter versaretur in terris, sed eidem præsentissima fuit, aded quidem,

B,

dem,

Eliæ raptus.

Beza assertio videtur in colloquio Mumpel. p. 145.

dem, ut à S. Patribus eam ad secundam Sacrosanctæ Triados personam pertinere, meritò dictum fuerit.

XXXI.

Ex his itaque liquet, ultimum terminum Ad quem ascensionis Christi in cœlum, propriè non esse locum beatorum spirituum, alioqui ascensio Christi, quo ad hoc membrum, ab ascensu Eliæ & aliorum sanctorum nihil differret.

XXXII.

Collatio
ascensus
Christi &
aliorum
sanctorum.

Nam quòd Elias aliena, Christus propria virtute cœlum ascendit, quòd Elias non suo, sed alieno, Christus proprio merito; quòd Elias tantum pro se, Christus non sibi tantum, sed etiam nobis cœlum ingressus est: quòd soli Christo debetur gloria capitis, quæ Eliæ & aliorum sanctorum gloriam infinitis modis superat, de quo deinceps dicetur, quòd denique Christus ita ascendit in cœlum, ut vi sui meriti perpetuò intercedat pro nobis, & compareat apud Patrem cœlestem tanquam mediator & deprecator, in cuius officii societatem sanctorum nemo unquam admissus est, aut admittetur deinceps. Hæc, inquam, discrimina etsi causam efficientem & finalem illustrant, tamen nondum plenè explicant mysterium ascensionis Christi.

XXXIII.

4. Significatio.
Cœli significant statum vel beatitudinem cœlestem.

Significat quoque cœlorum vox statum cœlestem, videlicet spiritualem lætitiã, consolationem, quietem & sensum præsentis & vivificationis Dei, quo sensu sancti angeli etiam quando in terris nobiscum versantur, & cum Diabolis de salute Ecclesiæ digladiantur, semper sunt manèntque in cœlo, & sancti ipsi, cum sentiunt consolationem Spiritus, lætificantur cœlesti aura, & habent initia vitæ æternæ etiam in hac vita: Et cum animæ vinculis corporum liberantur, plenius cœlestis gloriæ sensum percipiunt, & dulcedine vultus Dei satiantur, Ps. 16. & 17.

XXXIV.

Sed ascensionem Christi in cœlum non significare propriè hanc translationem è vita mortali & misera ad immortalem & beatam, inde patet, quia anima Christi statim à morte in paradysum translata est, & Christus ex morte resurgens, corpore glorificato non rediit ad miseras hujus mortalis vitæ, neque amplius vixit vitam animale, sed cœlestem & beatam, plenam lætitiã & quiete sempiterna, exem.

exemptionem malorum omnium sensu & metu etiam ante ascensum in
cœlos.

XXXV.

Restat quinta significatio vocabuli cœli, quod quando Deo
tribuitur, ut cùm Scriptura dicit, Deum esse & habitare in cœlis, in
altis, prospicere de cœlo, auxiliari de cœlo, non potest significare aë
rem, non stellatum cœlum, neque enim Deus est Deus à longè. Ie-
rem. 23. nec tantùm denotat statum gaudii cœlestis. Longè enim
sublimiori ratione Deus est in cœlis, quàm angeli.

XXXVI.

Nec potest denotare certū domicilium, amplum, lucidum & crea-
tum. Neque enim Deus in creatione primùm cœpit esse in cœlo, quasi
sibi ipse domum ædificasset, in qua habitaret; Sed ab omni æternitate
Deus est in cœlis, hoc est, in arcana & inaccessibili luce, in cœlesti, di-
vino, imperscrutabili, infinito regno, cui post peractam in tempore
creationem omnes creaturæ, visibiles & invisibiles, subjectæ sunt.

XXXVII.

Hinc, quando dicimus, Patrem nostrum esse in cœlis, non al-
ligamus Deum certo alicui loco, sed profiteamur constitutum in cœ-
lesti imperio, ubique omnibus creaturis præsentem adesse, easque
majestatis suæ potentia sustentare & regere.

XXXVIII.

Quando itaque in Symbolo credimus & profiteamur, Christum
ascendisse in cœlum, non tantùm in externo isto spectaculo elevati-
onis corporis Christi à monte usque ad nubes hæremus, neque in transla-
tione ex statu hujus vitæ in statum beatitudinis æternæ, aut migrati-
one ex hoc mundo ad locum beatorum subsistimus, sed simul de sub-
limi ista exaltatione & evectione ad cœleste imperium & divinam
majestatem id intelligimus.

XXXIX.

Et ultimum terminum ad quem, hujus translationis non cer-
tum quendam locum constituimus, sed secuti Spiritus sancti vocem
ipsam Dei omnipotentis dexteram: Ita quidem, ut quærenti, ubi nam
sit Christus in cœlis: Respondendum cum Apostolis censeamus, in
dextera Dei; Quid ibi agit? Sedet, donec inimicos suos & Ecclesiæ
suæ potentissimè sibi subjiciat.

XL.

Ita nimirum posterius membrum hujus articuli interpre-
tatio

B 2

Cohærens

etiam mem-
brorum
in hoc ar-
ticulo.

De loco
Petri
Act. 3.

tatio est prioris, & collocatio ad dexteram Dei constituit specificam differentiam, qua ascensio Christi ab omnium angelorum & hominum ascensu in cœlum secernitur. De hac particula, quid ea sibi velit, deinceps dicemus, ubi prius quædam monuerimus de textu Act. 3. ὅπου δὲ τὸ πρῶτον οὐρανὸν ἀπέλασεν, quem ita vertendum censent Calviniani, Oportet Christum cœlo capi, hoc est, Christum physica locatione corporis cœlo includi oportet usque ad tempora ἀποκατάστασεως πάντων, de quo textu olim maximæ contentiones hac ipsa in Schola fuerunt.

XLII.

Certum est, verba scripturæ non esse oraculis Apollinis similia, quæ in dubiam interpretationem tracta, lectorem & auditorem incertum à se dimittunt: Sed cuiuslibet loci unam veram, genuinam, & fidei analogam esse interpretationem, Rom. 12. 2. Pet. 1.

XLIII.

Calvinus
purat, scri-
pturam ef-
se dubiam.

Non est igitur ferenda Calvinii audacia, qui cum animadverteret de hoc textu Petri, Act. 3. decertari inter Theologos, & videret, eos, qui nostrarum partium sunt, simpliciter retinere verborum sententiam, ut ea sonant, quod Christus cœlum acceperit: Contra verò suos torquere eadem verba in hanc sententiam, quod Christus cœlo capiatur & concludatur, animadvertens fortasse huius interpretationis vanitatem, verbum dubiæ significationis non esse urgendum suavit.

XLIV.

Beza arti-
ficium.

Sed Beza non secutus consilium Magistri sui, vehementissimè urfit hunc locum sic depravatam in disputationibus adversus Augustanæ Confessionis Theologos. Vidit enim, nullum dogma in Ecclesia tanquam fidei Christianæ articulum recipi debere, nisi quod manifesto scripturæ testimonio niteretur, quo, cum opinionem de physica locatione & conclusionem corporis Christi in cœlo Empyreo, & absentia eiusdem in Sacramentis destitui animadverteret, léque ab altera parte premi hoc ipso intelligeret, ingenioso commento versionem manifestissimi textus corripit, ut nimirum novam doctrinæ caput, nova quoque & inaudita hactenus scripturæ depravatione stabiliretur.

XLV.

Manifestum autem est, Petrum in concione ista, qua Iudæos ad peccati sui in Christo repudiando & necando commissi, agnitionem adducere conatur, uti etiam hoc argumento, quod Christus crucifixus antea, nunc non versetur in eo infirmitatis statu, sed cœ-
lum

lum acceperit vel occuparit, hoc est, regnum, majestatem, potentiam & imperium coeleste, cujus vi claudo sanitas restituta sit.

XLVI.

Sic enim vocabulum caeli de Deo usurpatum, notum erat & familiare Iudaeis, quod nimirum dominationem, gloriam & potentiam Dei exprimeret. Et vox δέχεσθαι phrasi graeca haud raro idem significat, quod λαμβάνειν, hoc est, accipere, occupare. Neque obscure alludit ad fontem hujus propositionis sequens particula ἀρχὴ ἡ δόξα ἀποκαταστάσεως, quae congruit cum dicto: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Modus enim & forma ista imperii Christi in medio inimicorum non erit perpetua, sed tantum durabit usque ad mundi consummationem.

XLVII.

Ascendit igitur Christus in caelum, non ut physica locatione corpus suum caelis ita inferret, ut eo deinceps in terris, in Sacramentis, aut in Ecclesia, aut alibi etiam, secundum verbi promissionem praesens esse non posset aut vellet; Sed ita ascendit, ut simul praesentiam suam ubique usque ad seculi consummationem Ecclesiae suae polliceretur. Matth. 28. quo modo nullus sanctorum in caelum assumtus est.

Christus
abiturus
promittit
praesentiam
suam.

XLVIII.

Dictum jam sanè antè est, Christum ascensione sua in caelum finem imposuisse visibili conversationi ac praesentiae inter homines in hac vita, de qua sonant dicta: Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis, Matth. 26. hoc est, ut Hieronymus inquit: Christus se non semper ita nobiscum conversaturum esse dicit, ut officiis nostris egeat. Relinquo mundum, & vado ad Patrem, Ioh. 16.

XLIX.

Et de hac physica & locali absentia carnis Christi à terris, intelligenda sunt dicta Veterum, ut Augustini. Corporaliter à nobis abest Christus, & in loco aliquo caeli propter veri corporis modum. Cyrill. lib. 9: Quamvis Christus corpore suo absit, virtute tamen omnia gubernat; In caelis est cum carne, terram tamen replet, & cum iis est, qui ipsum diligunt.

Localis
Christi
absentia à
terris.

L.

Fulgentius ad Trasimundum repetit verba Augustini ex tractat. 50. in Iohannem: Secundum substantiam humanam reliquit terram, cum ascendit in caelum, sed secundum majestatem, providentiam & ineffabilem atque invisibilem gratiam impletur hoc, quod

B 3

dictum

dictum est: Ecce vobiscum sum usque ad consummationem seculi.

L I.

Expectamus visibilem Christi reditum: Et hoc modo nunc abest à nobis.

In eandem sententiam Vigilus aliquoties dicit: Christum secundum humanitatem recessisse à nobis, & divinitate presentem esse. Quia enim inquit: Caro Christi nunc in cælo est, non est utique in terra, & in tantum non est, ut secundum ipsam Christum expectemus venturum de cælo, quem secundum Verbum nobiscum esse credimus in terra.

L II.

Hæc & similia patrum dicta de naturarum in Christo distinctione, & singularum proprietate naturali loquuntur, & ostendunt, ejus naturæ sit, esse circumscriptum, cujus verò sit proprium, esse ubique. Illud humanæ naturæ Christi est, manetque proprium etiam in gloria, ut suis terminis finita & circumscripta sit, & in aliquo certo spacio, propter veri corporis modum, quia etiam in gloria non est facta essentia infinita. Hoc autem posterius, videlicet ubique esse, per naturam soli competit divinitati.

L III.

Absentia igitur carnis Christi à terris, tradita à patribus, non de consideratione illius hypostatica, hoc est, quatenus in persona λόγου ἀδιαισάτως καὶ ἀδιαίρετως subsistit, sed quatenus κατὰ φύσιν in suis proprietatibus naturalibus pensatur, est intelligenda.

L IV.

Eadem quoque Patrum dicta loquuntur de fine visibilis præsentiae & cohabitationis ordinariæ cum Ecclesia militante ante mortem Christi usitatae, secundum quem præsentiae modum Christum non semper nobiscum habemus.

L V.

De specialibus apparitionibus.

Quod autem Christus ordinaria ratione in terris visibiliter non adest, id speciali δικονομίᾳ gratiæ nihil potest ac debet detrahere: Idem enim Christus, qui locali ascensu in cælum, finem visibili conversationi in terris imposuit, à Paulo Apostolo in via Damascena visus est, Act. 9. v. 17. Et plures hujusmodi visiones eidem Apostolo promisit, quando ait, ὀφθήσομαι σοι, Act. 26. v. 16.

L VI.

Hujusmodi revelatio Corinthi facta est Act. 18. v. 9. & Ierolymis Act. 23. v. 11. De quibus Apostolus ipse inquit: Nón uele-

sum Christum vidi. 1. Cor. 9. & ex eisdem confirmat certitudinem resurrectionis Christi ex mortuis, 1. Cor. 15. Psal. 57.

L VII.

Ex quo manifestissimè liquet vanitas Calvinianæ opinionis, fingentis, Christum ita cælo captū & conclusum, ut inde ante extremi iudicii diem prodire nulla ratione possit. Neque enim Paulus ascendit in cælum Empyreum, ut in eo Christum videret, sed in terris manens, eum sibi altantem ac præsentem vidit.

L VIII.

Ascensio itaque Christi non tantum est loci aut status mutatio, sed gloriosa *ἀναγωγὴ* Christi secundum naturam humanam ad divinæ maiestatis & omnipotentiae thronum, regnum & imperium; Hinc excelsior cælis factus dicitur, Ebr. 7. profectus in cælum subjectis sibi angelis, potestatibus, & virtutibus, 1. Pet. 3. v. 22.

L IX.

E. hoc est, quod David inquit Ps. 68. Ascendisti in altum, & captivam duxisti captivitatem; quo dicto non tantum de visibili spectaculo ascendenti Christi à monte Oliveti ad nubes, sed imprimis de altissimo dignitatis & potentiae gradu, ad quem Christus per ascensionem est evehctus, Propheta concionatur, eamque altitudinem insignibus confirmat operibus, nimirum quod captivam captivitatem Christus duxerit, de Satana, morte & inferno victis triumphans, & quod dona pro hominibus acceperit, effundens Spiritum S. operenter in cæcum credentium, & largo donorum cumulo Ecclesiam instruens. Quod denique omnia præsentis imperio & efficaci operatione impleat secundum Apostoli interpretationem. Hoc verè est in altum ascendere supra omnes cælos, cui opponitur descensus in inferiores terræ partes. Eph. 4. hoc est, exinanitio & infimus gradus humiliationis, qui in morte & sepultura Christi cernitur.

L X.

Ascendit igitur, non ut peregrinus aut hospes alienum regnum intrans, sed ut triumphator, Rex & Dominus, occupans imperium cæleste, spirituale & infinitum, tanquam hæreditatem sibi debitam; unde Petrus Act. 2. Ascendere in cælum per phrasin Sedere ad dexteram manifestè explicat, dum inquit: David non ascendit in cælum, dicit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. De hoc itaque membro deinceps agemus.

M. A N-

M. ANDREAS SCHAFFMANNVS,
DE SESSIONE AD DEXTE-
RAM DEI.

LXI.

Significa-
ta vocis.
1. hic sit, non ex sensu humano est constituendum, quid de eo sentire
velis, sed ex indubitatis Scripturæ testimoniis. Dextera igitur Dei
non significat aliquod corporeum membrum, cum Deus non sit cor-
poreus, aut mole magnus, habens dexteram aut sinistram, sed infi-
nitum & Spirituale Ens, omni creaturæ incomprehensibile.

LXII.

2. Nec dextera Dei designat certum cœli locum, ut Bullingerus
pueriliter nugatur; cum Deus non habitet in aliquo certo ac spatio
definito loco, cujus aliqua pars dextera appelletur, altera sinistra.

LXIII.

3. Neque dextera Dei significat beatitudinem cœlestem & sta-
tum alterius beatæ ac æternæ vitæ: In eo enim pariter sunt omnes
angeli & animæ credentium, quæ tamen ad dexteram Dei non se-
dent: Cui enim angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis,
Heb. 1. v. 13.

LXIV.

Quomodo
animæ
piorū sunt
in dextera
Dei.
Piorum autem animæ etsi in manu, hoc est, defensione, tutela,
præsidio Dei sunt, & cœlesti consolatione fruuntur, Luc. 16. Sap. 5.
& sunt in throno Christi, hoc est, in regno ejus Spirituali, ac fruun-
tur revera omnibus bonis in Evangelio promissis, Apocal. 3. vers. 21.
Tamen propterea non sunt, nec dicuntur collocatæ ad dexteram
Dei, neque sedent cum Patre omnipotente in throno ejus, Apoc. 3.

LXV.

4. Neque dextera Dei in hoc articulo fidei Christianæ potest de-
notare nudam ipsius λόγος personam, sive æternum Dei filium, citra
respectum majestatis & imperii τῷ λόγος consideratum. Non enim
ideo ascendit Christus secundum humanam naturam in cœlum, ut
secundum divinam naturam fieret ὁ λόγος, sed ab æterno genitus
à Deo Patre est, & mansit brachium, & ipsa dextera omnipotens Dei.
Esa. 53.

LXVI.

5. Sed dextera Dei in hoc articulo secundum phrasin scripturæ in-
telli-

telligenda est æterna, infinita & spiritualis potentia, majestas, gloria & imperium Dei, translato loquendi usu ab hominibus, quorum robur in dextera est. Hinc appellatur dextera virtutis seu potentiae Dei, Matth. 26. Lucæ 22. Dextera μεγαλωσώνης θεῆ Ebr. 1. v. 3. & 8. Symbolo. Quid per dexteram Dei intelligatur in Symbolo.

LXVII.

Hinc est, quod dexterae Dei tribuuntur omnipotentiae divinae opera, ut rerum omnium creatio. Esa. 66. Omnia hæc manus mea fecit: Ecclesiae conservatio ac defensio, hostiumque delictio Exod. 15. Mirandorum operum effectio. Ps. 118. Dextera Dei exaltata est, & fecit virtutem. Eadem quoque Dei dextera ubique præsens statuitur. Ps. 139. Si sumsero pennas auroræ, & habitavero in extremis maris, Ecce illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

LXVIII.

Vox Sedendi non significat in hoc symboli Christiani articulo certum positum corporis & membrorum, neque habitationem & mansionem in certo aliquo loco, ut Luc. 24. Sedete in Ierusalem, donec induamini virtute ex alto; Nec tantum denotat in summa tranquillitate & gaudio versari, ut Ierem. 49. multo minus certo loco conclusum, & quasi captivum teneri, ut Ieremias sedit ibi diebus multis, scilicet captivus, Ier. 37. Esa. 42.

1. De voce Sedere.
- 2.
- 3.
- 4.

LXIX.

Hæc & similia significata procul ab hoc mysterio arcenda sunt, in quo Sedere secundum Apostoli Pauli indubitata[m] explicationem significat Regnare. 1. Cor. 15. Oportet eum regnare, donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum: Summa loquendi consuetudine à regibus & iudicibus, qui imperantes & sententiam pronunciantes sedent in throno aut folio dignitatis. Ideo Petrus Act. 2. & Paulus Phil. 2. Christum dextera Dei exaltatum scribunt.

Sedet hoc est, Regnat.

LXX.

Simplicissima itaque sententia verborum Symboli, Christus ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, hæc est: Christus die quadragesimo post resurrectionem ex mortuis, non tantum visibiliter ab oculis discipulorum in cœlum sublatus, visibili carnali conversationi hominum subtractus est, sed etiam secundum humanam naturam exaltatus est supra omnes cœlos, ut omnia impleat, collocatusque ad dexteram Dei Patris, consors factus pa-

Sententia articuli totius in symbolo.

C terni

7
rerni imperii & majestatis, potentissimè præsentissimèque regnat
æquali sapientia, dignitate & gloria cum Deo Patre, & tanquam
Rex & caput Ecclesiæ suæ eam ab omnium impetu defendit & cō-
servat, hostesque suos & Ecclesiæ sibi subjicit ac compescit.

LXXI.

Due prin-
cipales
quæstio-
nes.

Qua in assertione duo nobis membra sunt evolvenda: Primò,
secundum quam naturam Christus collocatus, vel exaltatus sit ad
dexteram Dei: Secundò, qualis nam majestas, creatane an increata,
finita, vel infinita Christo tradita sit.

LXXII.

De prima:
Vtrum de
natura
quæri de-
beat,

Ad primum quod attinet, scitum est Calvinianorum quorum-
dam commentum, qui hoc caput Symboli ita de officio Christi inter-
pretantur, ut mentionem naturæ alterius faciant nullam: Christus, in-
quunt, sedet ad dexteram Dei ratione officii, tanquam rex & Sa-
cerdos Ecclesiæ, interpellat pro nobis, defendit nos adversus diabo-
lum, mundum & carnem, & dat dona hominibus.

LXXIII.

Quos si interrogas: Secundum quam naturam Christus sedet
ad dexteram Dei? Respondent: Christus est caput Ecclesiæ, exalta-
tus ad dexteram Dei propter officium mediatoris; de natura in-
terim verbum nullum. Etsi autem hæc de officio Christi regio & sa-
cerdotali restè dicuntur: Tamen utrum hæc sit genuina sententia ar-
ticuli in Symbolo, non immeritò quæritur. Non enim demum in
ascensione Christus coepit esse Rex & Sacerdos Ecclesiæ suæ, sed ab
initio mundi fuit, & in ipso infimo humiliationis gradu idem per-
mansit.

LXXIV.

Regula
contra
crypto-
Calvi-
nianos
diligenter
notanda.

Regula autem immota & vera est: Consideratio officii in Chri-
sto, non impedit aut tollit considerationem naturarum aut idioma-
tum, ut Christus est passus & mortuus ratione officii, aut propter
officium, quia est agnus tollens peccata mundi, pro nobis immola-
tus. Ioh. 1. 1. Cor. 5. Hæc explicatio etsi vera est, nondum tamen
ostendit, quomodo Christus sit passus & mortuus, utrum secundum
divinam, an verò secundum humanam naturam.

LXXV.

Ioh. 6.
Rom. 4.
Mich. 2.
1. Cor. 1.

Ita Christus resurrexit ex mortuis, & ascendit in cælum ratio-
ne officii, quia est vivificator & iustificator noster, & perruptor pate-
faciens aditum regni cælorum. Hæc de officio dicta non impediunt,
quò

quò minùs quærat, secundum quam naturam Christus resurrexerit,
& in cœlum ascenderit.

LXXVI.

Ita Christus sedet ad dexteram Dei, hoc est, est Rex & caput
Ecclesiæ, dans dona hominibus, gubernans Ecclesiam & salvans.
Hæc officii consideratio non tollit quæstionem, secundum quam na-
turam Christus ad dexteram Dei collocatus sit & sedeat. Idem in
sequente articulo symboli de Christi reditu ad iudicium est manife-
stum.

LXXVII.

Quandoquidem igitur consideratio naturæ ab hoc myste-
rio excludenda non est, ulterius quæritur, num Christus secundum
alterutram tantum, an verò secundum utramque naturam ad dexte-
ram Dei sedeat?

LXXVIII.

Orthodoxi quidam Theologi nostro seculo scripserunt, Chri-
stum secundum utramque naturam sedere ad dexteram Dei, eò quòd
secundum divinam naturam ab æterno sit in gloria & maiestate Pa-
tris, & secundum humanam naturam $\sigma\alpha\upsilon\theta\epsilon\omicron\nu$ factus est eidem Pa-
tri, secundum dictum Ambrosii: Magnificentiam, quam filius Dei
habuit æternaliter per naturam, accepit filius virginis ex tempore per
gratiam.

An Chri-
stus secun-
dum u-
tramque
naturam
ad dexte-
ram Dei
sedeat?

LXXIX.

Etsi autem hæc sententia nihil habet incommodi, & coincidit
cum ea, quam deinceps ex scriptura & orthodoxa antiquitate tradi-
turi sumus: Tamen forma loquendi inusitata & nova est. δ $\lambda\omicron\gamma$
enim est ipsa dextera Dei, cui maiestas divina competit per essenti-
am, ut supra est dictum, ex sententia Gregorii Nysseni, Dextera Dei
omnium creatrix unitam sibi hominem evexit per unionem ad pro-
prium celsitudinem.

LXXX.

Impropriè igitur δ $\lambda\omicron\gamma$ dicitur sedere ad dexteram Dei,
perinde ac si de hominis anima dicam, quòd sedeat ad Spiritualem
essentiam. His itaque scriptoribus occinendum illud verus: Corrige
linguam, retine mentem.

LXXXI.

Eo etiam nomine minùs ferenda est hæc locutio, quòd Calvinia-
Calviniani quidam eadem usi sint, sed sensu longè diverso: Hi
enim

na inter-
pretatio

C 2

substitu-
tibus lo-
cutionis.

enim dicentes : Christum sedere secundum utramque naturam ad dexteram Dei ratione officii, fingunt, Christum etiam secundum divinam naturam, in tempore accepisse regium & sacerdotale officium.

LXXXII.

Christus
ab aeterno
Sacerdos,
Heb. 13.

Hæc sententia, præterquam quod de Christo secundum divinam naturam quadam virtute ac potestate in tempore ornato, perversè & Arianorum more mussitat, manifestam includit impietatem. Sacerdotale enim officium Christus etiam, quia Deus est, ex decreto sacræ Trinitatis non demum in tempore accepit, sed ab omni æternitate, & ante secularia tempora, ante mundi constitutionem.

2. Tim. 1. Eph. 1.

LXXXIII.

Quando
Christus
exaltatus.

Collocatio autem ad dexteram Dei facta est in tempore post resurrectionem Christi ex mortuis in ascensione in cœlum, ut Petrus & Marcus seriem historię exprimunt. Act. 2. Marc. 16.

LXXXIV.

Et si enim κοινωσια divinæ majestatis cum carne assumpta facta est per unionem teste Nysseno, tamen subsequuta est exinanitio & evacuatio gloriæ divinæ, & assumptio formæ servilis, ad ὁμονομίαν certi temporis, donec peracto redemptionis opere Deus Christum exaltavit, Phil. 2.

LXXXV.

Collo-
catio
ad dexte-
ram non
potest in-
telligi de
divina na-
tura Chri-
sti.

Immota igitur manet regula antiquitatis : Quicquid accipit Christus in tempore, secundum humanam naturam accipit, cui, quæ non habet, conferuntur : Ac proinde collocatio ad dexteram Dei facta in tempore, non potest ad divinam referri naturam.

LXXXVI.

Ad hæc cum collocatio ad dexteram Dei vocetur ὑψωσις, exaltatio Act. 2. Phil. 2. ὑπερῦψωσις, hoc est, eveditio in summam sublimitatem, dignitatem & gloriam, fieri non potest, ut ea de divina intelligatur natura citra manifestam Arianismi notam : Altissimus enim non potest exaltari : Et Leo Papa Epist. 1. ad Clerum Constantinopol. gravissima oratione eorum redarguit impietatem, qui Deitati τοῦ λόγου potestatem additam & exaltatam sublimitatem assererent.

LXXXVII.

Ioh. 17.

Præterea Christus petit, se glorificari à Deo Patre ea gloria, quam habuit ante mundi constitutionem : Secundum divinam verò naturam petere gloriam quandam non potuit, quia quam ab æterno habuit, per essentiam nunquam amisit.

Insuper

LXXXVIII.

Insuper Scriptura, de hac exaltatione Christi ad dexteram Dei loquens, testatur, Christum factum esse Dominum, ut Act. 2. Hunc Iesum Deus Dominum fecit, quem vos crucifixistis. Heb. 7. Talis decebat nos Pontifex pius, innocens, impollutus, excelsior caelis γεόμενος. Manifestum autem est, hoc FIERI, non posse ad divinam referri naturam, secundum quam Christus non est factus Dominus caelorum & terrae, sed genitus.

LXXXIX.

Denique gloria Christo per sessionem ad dexteram Dei collata, dicitur eidem data. Matth. 28. donata ex gratia, Philip. 2. Impium autem est, statuere, divinæ naturæ Christi aliquid ex gratia donatum esse.

XC.

Hinc Augustana Confessio dicit: Ascendit Christus in caelum, ut sedeat ad dexteram Patris, & perpetuò regnet. Secundum divinam verò naturam non indignit hac ascensione, ut ad regni perpetuè dignitatem perveniret.

XCI.

Neque obstat huic sententiæ Calvinianorum obiectio, desumpta ab officio Christi, quod secundum utramque naturam gerit, ex qua quidam illorum evincere conati sunt, Christum secundum utramque naturam ad dexteram maiestatis Dei sedere.

Obiectio de officio Christi.

XCII.

Et quidem Christus est Rex, Mediator & caput Ecclesiæ secundum utramque naturam, & in his operibus officii agit utraque natura, quod suum est, cum communicatione alterius, ideoque non licet uti his propositionibus: Humana natura Christi est mediatrix, Divina natura Christi est redemptrix.

XCIII.

Quia verò in doctrina de collocatione ad dexteram Dei, concurrunt exaltatio Christi ad divinam gloriam, & sublimitatem: Ideo propositiones tales veræ sunt: Humana Christi natura sedet ad dexteram Dei, vel: Christus secundum humanam naturam sedet ad dexteram Dei: Secundum divinam autem naturam Christus non est in tempore exaltatus ad coeleste illud imperium, sed habet illud innatum videreternæ generationis à Patre & ὁμοούσιος.

XCIV.

Alii quidam Calviniani ne concederent, Christum secundum humanam

De duplici dextera Dei.



humanam naturam exaltatum ad dexteram Dei, duplicem dexteram Dei finxerunt; alteram officii, alteram majestatis. Et Christum quidem dixerunt secundum utramque naturam sedere ad dexteram officii, sed non ad dexteram majestatis, ad quam Christum secundum solam divinam naturam collocarunt.

XCV.

Commenti hujus futilitas per se patet: Quærere enim libet, unde illa distinctio dexteræ Dei petita sit, quo scripturæ nitatur fundamento, quo Patrum & Orthodoxæ Ecclesiæ testimonio? Itane Calviniani, qui soli volunt haberi docti, aliquid in summo fidei Christianæ capite affirmare sine omni fundamento non erubescunt?

XCVI.

Autor Epistolæ ad Hebræos sanè figmentum hoc penitèns ignoravit, dum eum, qui minor factus est angelis, dicit gloria & honore coronatum, cap. 2. vers. 9. Dicant adversarii veritatis, num hoc de Christo secundum divinam accipiant naturam, an verò secundum humanam? cum autem perspicuum sit loqui textum de Christo secundum naturam assumptam, profectò vanissima erit distinctio ista, quæ majestatem ab officio separat, & Christum secundum humanam naturam majestate divina ornatum negat.

XCVII.

Eadem Epistola capite 1. v. 3. tempus exprimit, quo facta est exaltatio ad Dei dexteram, videlicet, post peractam à Christo peccatorum nostrorum purgationem tum enim ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς? Vbi iterum dextera Dei non separatur à dextera officii & notatio temporis considerationem divinæ naturæ expressè excludit, siquidem ea in tempore exaltari non potuit.

XCVIII.

Hinc Christus ipse dicit: Videbitis Filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cæli. Idque iterum cap. 8. v. 1. dicitur: Habemus Pontificem (de officio Christi loquitur Spiritus sanctus) qui confedit in dextera τῶ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης. Quid potest illustrius ad evertendam hanc futilissimam distinctionem proferri?

XCIX.

Ex his itaque fundamentis concludimus, Christum in tempo-

re,

te, videlicet die ascensionis, exaltatum esse supra omnes coelos ad dexteram maiestatis secundum solam humanam naturam, secundum quam videlicet in tempore aliquid accipere, exaltari, evehi, & coronari gloria & honore potuit.

Praesolutio prima
quaestionis

C.

Et quanquam ex unione personali fundamentum hujus exaltationis primum dependet, ex qua unione secuta est intima naturarum & ἰσχωμάτων κοινωνία. & πρὸς Χόριον, & caro Christi accepit divina axiomata & ἐνέργειαι, unde Christus etiam ante ascensionem omnia sibi à Patre data & tradita confirmat: Idem tamen Salvator sua sponte se evacuavit, & forma servi assumpta usurpationem divinae maiestatis secundum carnem usque ad diem gloriosae ascensionis in coelum distulit.

Matth. 11
Iohan. 13.

Cl.

Huic nostrae sententiae, quod nimirum Christus secundum humanam naturam sit collocatus ad dexteram Dei, & ad eam se deat, magno consensu tota antiquitas subscribit, cujus testimonia candidus lector ex integris commentariis petat. Quaedam dicta ascribemus ex Athanasio, sessionem ad dexteram sic explicante: Sede à dextris meis: Hoc ad Dominicum corpus dictum est, quia secundum divinam naturam antea est in caelo & in terra, & omnia implet Christus, & in nullum thronum denuo provehitur: Dominus enim gloriae non acquirit gloriam, sed caro Domini gloriae, ipsa accipit gloriam evehta in caelum: Excelsus non exaltatur, sed caro excelsi. Et carni excelsi datum est nomen super omne nomen. Quare quotiescunque dicit Scriptura, quod aliquid acceperit filius, & glorificatus sit, in tempore, id dicit propter humanitatem, non propter divinitatem.

Vide Chemnitii lib. de duabus naturis, Apol. & Appendic. Lib. Concordiae.

M. HENRICVS TETTEL- BACHIVS.

CII.

Discussa quaestione priore, accedimus ad alteram, qua considerandum venit, qualisnam potestas & gloria Christo secundum carnem per sessionem ad dexteram DEI collata sit, creata an increata, finita vel infinita? In cujus decisione non ex Philosophia est constituendum, quid & quantum gloriae CHRISTO secundum

Vnde decisio quaestionis pendenda.

secundum humanam naturam competat, quid cum eius proprietatibus naturalibus pugnet, quid non; Sed audienda vox scripturæ est; Non enim hic in articulo Rationis & Philosophiæ, sed in articulo Fidei Christianæ evolvendo versamur.

C III.

Quomodo
deciden-
da.

Statuimus etiam hoc, non esse in mysterio unionis Personalis & sessionis ad dexteram, cujus ratio intima omni creaturæ ignota & imperscrutabilis est, indulgendum ratiocinationibus extra & præter manifestum Dei verbum. C IV.

Cavenda
utrinque
extrema.

Non enim valet consequentia; Dexteræ Dei est incorporea, ab æterno, Spiritualis, infinita. Ergo humana natura ad dexteram Dei collocata, est facta incorporea, Spiritualis, immensa, & fuit ab æterno; Fit enim manifesta naturarum confusio, & humanæ naturæ abolitio Eutychiana: Atque non modò nullum omnino de hac conversione naturarum extat testimonium, sed plurima contrarium docentia.

C V.

Ita ergo gloria & majestas Christi secundum humanam naturam astruenda est, ut manifesto Dei verbo tanquam immoto fundamento stabiliatur, neque ulla vel naturarum distractio ac divisio Nestoriana & Calviniana; neque earundem confusio, conversio, aut exæquatio constituatur. Vbi autem vox divina clara & perspicua est, non debet humana mens propter ignorantiam modi negare, quod non intelligit, sed reverenter credere & venerari, quod Deo docente discit.

C VI.

Responsio
ad quæsti-
onem secun-
dam

Credimus igitur & confitemur, Christo secundum humanam naturam traditam ac communicatam esse divinam, increatam, & infinitam majestatem, gloriam, honorem, sapientiam & potentiam, omnia præsentis imperio gubernandi, & vim vivificandi credentes cælesti & Spirituali vita, eumque una indivisa adoratione Deum & hominem à sanctis angelis & universa Ecclesia militante & triumphante coli & adorari.

C VII.

Hujus nostræ assertionis hæc habemus fundamenta: Primò Christus secundum humanam naturam collocatus est in thronum dexteræ & majestatis Dei, ut paulò antè est ostensum: Planè autem impium est, per thronum & dexteram Dei intelligere locum quendam creatum, aut gloriam finitam & circumscriptam: Sed, ut supra quoque dictum est, dexteræ Dei appellatione increata & infinita Dei

porea.

potentia, majestas, praesentia & gubernatio, consentiente totius scripturae voce, significatur. CVIII.

Idem demonstrant verba Psalmi octavi secundum interpretationem Epistolae ad Hebr. c. 2. quae Christum secundum humanam naturam testatur gloria & honore coronatum, ipsiq; omnia subiecta: ^{2.} Psal. 8. Cujus propositionis Emphasis Paulus 1. Cor. 15. v. 27. sic urget, ut ab hac subiectione nihil omnino neq; angelos, neq; totam mundi machinam exceptam velit, praeter eum, qui subjecit ei omnia, hoc est ^{Mundi gubernatio non est finita potentia.} praeter solum Deum: Impossibile autem est, ut creatae ac finitae potentiae omnium creaturarum subiciatur imperium, cum totius mundi gubernatio sit solius providentiae divinae immensae & increatae opus.

CIX.

Christus ipse Ioh. 17. manifeste innuit, qualinam gloria a Patre suo coronari velit: Glorifica me Pater ea gloria, quam habui apud te, priusquam mundus fieret. Quibus verbis gloriam secundum Hominem postulabat, cum tamen testaretur, se gloriam secundum Deum ante mundum habuisse. Qualis autem fuerit τὸ λόγος gloria ante mundi constitutionem, finita vel infinita, creata vel increata, cuinam, quaeso, potest esse obscurum? siquidem ante mundum nihil omnino fuit praeter simplicissimam purissimamque Dei essentiam increatam & infinitam. ^{3.} Verba Athanasii in oratione contra gregales Sabellii.

CX.

Hoc ipsum efficiunt verba Apostoli ad Eph. 1. v. 21. Deus suscitavit Christum a mortuis, & constituit ad dexteram suam in caelestibus, super omnem principatum, potestatem, virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus. In quo dicto Calvinistarum blasphemiae ex professo contradicit Spiritus S. exprimens speciatim gloriam CHRISTO collatam mentione eorum, quae ipsi subiecta sunt: Hanc vero periphrasin esse aeternae & infinitae majestatis, tam est perspicuum, ut ulteriori declaratione non egeat. ^{4.}

CXI.

Cum quo consentit Petri Apostoli testimonium 1. Petri 3. Christus est in dextera Dei profectus in caelum, subiectis sibi angelis, potentibus & virtutibus. Dictum jam ante est, subiectionem hanc non tantum de ordinis praerogativa & dignitatis excellentia, sed de potentissimo imperio & gubernatione esse intelligendam, quia Christus regnat in dextera Dei, 1. Cor. 15. Impossibile autem est omnium ange- ^{5.} Subiectio omnium quomodo intelligenda.

D

lorum

lorum & hominum acta, cogitationes & sermones regere sine poten-
tia divina, increata & infinita.

C X I I.

Judicis est
scire &
novisse
res iudi-
candas.

Id ipsum ostendunt Christi verba Ioh. 5. Pater non judicat quem-
quam, sed omne iudicium dedit filio, quatenus filius hominis. Po-
testas verò judicandi totum terrarum orbem, non solum divinam arguit
officii maiestatem, Psal. 9. Sedisti super thronum iudex justitiæ: sed
quia omnia hominum dicta & facta, imò etiam occulta cordium ju-
dicanda sunt, Rom. 2. infinitam requirit scientiam perscrutandi inti-
ma mortalium: Quia justis præmia tribuenda, injustis poenæ infligen-
dæ sunt, infinitam exigit omnipotentiam.

C X I I I.

Specialis
declara-
tio mai-
estatis Chri-
sti.

Atque ut in specie etiam de singulis membris, quæ scriptura de
C H R I S T O ad dexteram Dei exaltato gloriosè prædicat, aliquid di-
camus: Certissimum est, humanam Iesu Christi mentem vel animam
non tantum particulari notitia rerum quarundam, Sed omnino divi-
na & infinita sapientia & scientia $\psi \nu \rho \sigma \alpha \lambda \omicron \gamma \alpha$ coronatam esse, cæ-
que in exaltatione ad dexteram Dei plenè ac perfectè uti cœpisse.

C X I V.

De omni-
scientia
Christi,
quæ homo
est.

Hoc ostendunt dicta, quæ Christum Spiritus sancti oleo lætifi-
cante præ confortibus & absq; mensura unctum esse, Ps. 45. & Ioh. 3.
quæ omnes thesauros sapientiæ & scientiæ in ipso absconditos, Col. 2.
quæ ipsi potestatem judicandi occulta cordium traditam, Ioh. 5. quæ
ipsum Pastorem animarum omnes suas oves ex nomine novisse, Ioh. 10.
quæ illum cogitationes cordium mente humana agnovisse, & voce
redarguisse, Matth. 9. quæ eundem quicquid in homine est, accuratis-
simè perspectum habuisse, Ioh. 2. luculenter docent. Hæc enim sin-
gula & omnia non creatam aut finitam, sed increatam, immensam
ac verè divinam sapientiæ vim arguunt.

C X V.

De omni-
potentia
Christi,
quæ ho-
mo est.

De potentia, quam Christus ad dexteram Dei exaltatus plenè
usurpare cœpit, clara sunt testimonia, Act. 10: Hunc Iesum unxit De-
us Spiritu & virtute faciendi miracula. Psal. 8: Omnia subiecisti sub
pedibus ejus, & nihil exceptum, nisi is, qui ei subjecit omnia. 1. Cor. 15.
Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Matth. 28: Data est
mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Eph. 1. Deus constituit
Chri-

Christum super omne, quod nominari potest in hoc vel futuro seculo. Quibus & similibus testimoniis divinam vim faciendi miracula, & potentiam operandi, Christo, quâ homo est, tribui manifestum est.

XCVI.

Nihil sanè efficiunt Calvinistarum pueriles elusiones, dum quidam in hoc dicto Christi Matth. 28. ἐξουσία ἀδωάμα discernunt, & illam quidem officio competentem Christo secundum utramque naturam datam autumant, hanc verò singillatim inter naturas ita dividunt, ut divinæ naturæ divinam, naturæ verò humanæ tantum humanam δάμαμν ascribant.

Triples
glossa Cal-
vinistarū.

1.

CXVII.

Nota quoque est impudentia illius doctoris, qui hoc illustre testimonium de Christo exaltato ad summam potestatem, cum insigni mendacio diaboli, vendicantis sibi falsò τῶσκαμ ἐξουσίαμ, Lucæ 4. conferre ausus est.

2.

CXVIII.

Nec silentio prætereunda est corruptela Bezae, fingentis, hoc dicto non omnipotentiam Dei Christo, quâ homo est, attribui, sed mediam quandam potentiam, quæ major sit gloria angelorum & hominum, minor Dei.

3.

CXIX.

Hæ tres corruptelæ pulcherrimi dicti Christi Matth. 28. inter se discrepantes. ut Samsonis vulpeculæ capitibus distinctæ, & caudis ad incendendam legerem colligatæ, eò collimant omnes, ut Christo, quâ homo est, divinam adimant majestatem & potentiam, sed aliæ alio prætextu.

CXX.

Primam enim quod attinet, quæ ἐξουσίαμ de limitata potestate officii intellectam, ἀδωάμα θεῶ discernit, non agnoscit Spiritus sanctus in hoc mysterio illud fictitium discrimen, sed promiscuè vocabula hæc usurpat Luc. 22. Videbitis Christum à dextris δωάμαμω θεῶ. Et per æquipollètia explicat Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere δάμαμν, πλῆτομ, σοφίαμ, ἰχῶν, ἀμῆρ ἢ δοξαμ ἢ εὐλογίαμ, σίαμ, &c. hoc est, potentiam, divitias, sapientiam, robur, honorem, gloriam, &c. & benedictionem. Vbi candidus lector anima dvertit sine discrimine Calviniano Christo attribui δάμαμν, quam ipse Matth. 28. vocat ἐξουσίαμ.

CXXI.

Et alioqui vanitas ejus figmenti inde est perspicua, quod in

D 2

omni

omni legitimo imperio, traditio ἡγεμονίας præsupponit δαύειμ: Et potestas gubernandi includit vim & nervos imperii administrandi, ne irrita, ridicula, & inepta sit ordinatio: Si igitur Christo secundum utramque naturam potestatem exequendi Regia officia Mediatoris, defendendi & colligendi Ecclesiam, & reprimendi hostes datam verè credunt: Necessariò eidem quoque secundum humanam naturam δούλειμ non humanam, sed divinam, istiusmodi opera efficiendi collatam fateri coguntur. C X X I I.

Idque eò magis concedendum est, cum humana natura ex suis naturalibus operationibus ad perfectionem prædictorum ἀποτέλεισματων nihil omnino conferre queat. Ac proinde si communicata maiestate divina spolianda sit, ab administratione officii Regni CHRISTI, & applicatione salutis omnino foret exterminanda, quod regulam tritissimam de Christi officio manifestè evertit.

C X X I I I.

Secunda calumnia impudentior est, quam ut proluxa egeat confutatione: Quis enim sine horrore legat vel audiat istam collationem dictorum, quorum prius est Christi, verè de tradita sibi omni potestate in cælo & in terra concionantis. Posterius est diaboli, de omni potestate, in terris sibi commissa, superbè mentientis, Luc 4.

C X X I V.

Sacramentariorum impudentia. Neque tamen Satanas, quantumvis impudentissimus sit, vendicare sibi omnem potestatem in cælo & in terra audet, de qua loquitur Christus, sed tantum de imperio mundi agit. Qua fronte igitur duæ hæc dicta hæretici conferre, & verba Christi per verba Satanæ non explicare, sed sceleratè depravare ausi fuerunt.

C X X V.

De media potentia. Tertia quoque corruptela evidentissimi textus Matth. 28. à Beza inventa, propria sua vanitate labefactata concidit: Qualis enim & quanta potentia Christo tributa sit, ex verbis ipsius Christi longè rectius, quam ex hominum commentis discemus: Is verò OMNEM potestatem sibi datam fatetur: Si omnis? Nulla igitur excepta.

C X X V I.

Non minùs illustris est determinatio addita: IN CÆLO ET IN TERRA, complectens nimirum ambitu suo creaturas omnes visibiles & invisibiles, sive, ut Paulus loquitur, Ephes. 1. Quicquid nominari potest vel in hoc vel in futuro seculo, Et Phil. 2. Omne genu:

coelestium, terrestrium & inferorum. Hæ declarationes non ex Calvini, sed ex Spiritus sancti Schola peritæ, simpliciter docent, Christo quâ homo est, infinitam & divinam potentiam omnia gubernandi, collatam esse.

C X X V I I.

Quomodo autem imperium hoc administret in cœlo & in terra; utrû absens, an verò præsens, non est ex Scripturæ autoritate obsecurum. Modus enim imperii hujus non est terrenus, sed cœlestis, thronus ejus non est localis, sed illocalis, videlicet dextera Dei, virtus & potentia illius non limitata & corporea, sed infinita & spiritalis, ac, ut uno verbo dicamus, divina.

De omni-
præsentia
Christi,
quâ homo
est.

C X X V I I I.

Sicut autem Deus non imperat absens more regum terrenorum, & dextera Dei non longè abest ab unoquoque nostrum, sed præsentissimè moderatur omnia; Ita Christus quâ homo est, ad dexteram majestatis exaltatus, non ex longo intervallo rebus imperat, sed quia assumpta natura subsistit personaliter in ὑποστάσει λόγου, eadèmq; ad Dei dexteram exaltata est sublimiter, ideo Christus etiam secundum humanam naturam, sine ullo locorum aut creaturarum inter se distantium & magnitudine differentium respectu perfectissimè omnia intuetur, continet, moderatur, conservat. Totus enim mundus cum omnibus suis partibus minimis & maximis ad infinitam ὑπόστασιν λόγου & dexteram Dei collarus, non est unius puncti Mathematici instar, cum finiti ad infinitum nulla sit proportio.

Persona-
lis præ-
sentia
Christi,
quâ homo
est.

C X X I X.

Et hoc est quod Paulus disertè dicit, Christum supra omnes cœlos ascendisse, ut impleret omnia, Quod de divinæ naturæ Christi infinitate, & omnium rerum impletione intelligi non potest, quæ ut omnia impleret, hoc descensu & ascensu non indiguit.

C X X X.

Neque etiam de Scripturarum complemento hoc loco agit Apostolus; Sed de tali impletione, ex qua Christus etiam secundum naturam assumptam omnia in omnibus operatur, & implet præsentia efficacia, quàmque largissima donorum effusione restatam facit. Et sic Oecumenius locum hunc explicat, ἢ γὰρ ἢ γυμνῆ θεότητι πάλαι τὰ πάντα ἐπλήρωσεν, ἢ σαρκωθείς, ἵνα τὰ πάντα μετὰ σαρκὸς πληρώσῃ κατέβη ἢ ἀνέβη.

De loco
Eph. 4.

C X X X I.

Hinc Christus præsentiam suam pollicetur Ecclesiæ ubique us-

D 3

que:

Verba Phil. Mel. in Epistola ad Oecolamp. que ad terminos terræ, & seculorum consummationem, Matth. 28. Ego sum vobiscum usque ad consummationem seculi, Matth. 28. Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, in medio illorum sum. In quibus dictis divinitatem ab humanitate divellere non est necesse.

CXXXII.

Verba Form. Conc. afr. 11. in Epit. Christus enim jam in exaltatione ad dexteram Dei non tantum ut Deus, verum etiam ut homo omnia novit, omnia potest, omnibus creaturis presentis est, & omnia, quæ in cælis, in terris, & sub terra sunt, sub pedibus suis & in manu sua habet. Et hanc suam potestatem ubique presentis exercere potest, neque quicquam aut impossibile illi est, aut ignotum.

CXXXIII.

De modo presentie Iustinus. Hæc cum ex scripturis sacris plana sint & perspicua, non moramur rationis humanæ in rebus divinis stultæ ac cæcæ objectiones, de modo & possibilitate presentie totius Christi, quæ Deus, & quæ homo est, ad symbola sacre cœnæ, apud Ecclesiam & singula ejus membra, in gubernatione omnium creaturarum, in medio inimicorum: *σαφής γὰρ ἔστιν ἡ ἀπιστία, τὸ πῶς περὶ τοῦ θεοῦ λέγεται*: Sed potius profiteamur humiliter, nos modum incarnationis & personalis unionis, nec non exaltationis humanæ naturæ supra omnes cælos in dextera Dei, & presentissimæ gubernationis ejusdem in toto terrarum orbe in hæc mentium caligine non intelligere, ejusque plenam cognitionem in cœlestem Academiam reservare.

CXXXIV.

De ubi- quitate physica, & locali. Tota mente abhorremus à blasphemis Sacramentariorum, quas falso impingunt Ecclesiis nostris, quasi statuunt, substantiam carnis & sanguinis Christi esse in omnibus creaturis, lapidibus, lignis, herbis &c. inclusam: Carnem Christi esse ubique diffusam, immensam, spirituales, in infinitum multiplicatam. Hæc & similia opinionum portentosa de locali & inclusiva ubi- quitate naturæ Christi assumptæ, substantiam ejusdem penitus evertentia, execramur.

CXXXV.

Censemur enim in hoc mysterio de Christi presentia in terris, mentes & linguas continendas esse intra metas vocis divinitus patefactæ, & sine illius expressa autoritate ex meris ratiocinationibus, ab unione & sessione ad dexteram petitis, nihil asserendum, neque otiose de lapidibus & lignis, propter quæ Christus non est incarnatus, sed de cœna Domini, de Ecclesia, ejusque membris, in medio inimicorum positus,

positis, differendum. quomodo illis Christus adsit, quomodo creden-
tes consoletur, regat, in medio hostium seruet, ac denique salvet.

CXXXVI.

Personalem autem praesentiam totius Christi, qua δ λόγος in car-
ne, cum carne, & per carnem omnia, quae in caelo & terra sunt, omni-
potenti gubernatione & efficaciam, extra omnem locorum dimensio-
nem, ac creaturarum, inter se magnitudine differentium, & intervallo a-
liquo distantium respectum, implet ac moderatur, ex scripturae asser-
tione, & Ecclesiarum Orthodoxarum Symbolica confessione. tam
censem esse perspicuam, ut nemo veritatis & pacis amans, negare
eam aut in dubium vocare possit.

137. Confirmant quoque Christi, secundum naturam assumptam ad De carne
Christi
vivifica.
Iohan. 10.
dexteram Dei exaltati, divinam majestatem dicta, quae potestatem
resuscitandi omnia, ac credentium animas spiritali, caelesti, & aeter-
na vita vivificandi, carni Christi attribuunt, ut Ioh. 6. Caro mea verè
est cibus dans vitam mundo.

138. Idipsum denique luculenta de adoratione Christi, quae homo est, De adora-
tione.
testimonia & exempla manifestissimè evincunt: Certum enim est,
adorationem religiosam soli divinae naturae competere, Esa. 42. In-
terim tamen Scripturae & universae Ecclesiae vox & praxis Christo et-
iam, quo ad carnem assumptam, adorationis gloriam ascribit, atque
hoc ipso superiora omnia de Christi secundum naturam humanam di-
vina scientia, potentia, praesentia & majestate, confirmat.

139. Meritò vetus Ecclesia damnavit Nestorium $\alpha\nu\theta\epsilon\omega\pi\omicron\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$,
eò quòd hominem assumptum extra $\nu\pi\omicron\varsigma\alpha\sigma\iota\mu\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ à se collocatum,
& non nisi κατ' ἀφίαν τῷ λόγῳ unitum, nihilominus religiosa ado-
ratione honorandum doceret. Nos verò etsi unam eandemque preca-
tionem ad Christum secundum utramque naturam dirigendam dici-
mus: Tamen humanam naturam, non ut in se consideratur, sed respe-
ctu substantiae personalis, quatenus est cum λόγῳ una Persona, hu-
jus divini honoris capacem esse docemus.

140. Ad hanc sententiam evincendam imprimis insigne est testimo-
nium Apostoli Phil. 2. Deus exaltavit Christum, & dedit illi nomen
supra omne nomen, ut in nomine Iesu flectatur omne genu caelestium,
terrestrium & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quòd Iesus sit
Christus in gloria Patris. Haec illustris sententia totam controversiam
expedire potis est.

Si

141. Si enim quæras, utrum creatæ, an verò increatæ divinæ naturæ conveniat honor, cujus in textu hoc fit mentio, respondet apud Elaiam Iehova ipse cap. 45. v. 23. Ego Deus, & non est alius: In memetipso juravi, egredietur de ore meo justitiæ verbum, & non revertetur, quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.

Soli Deo
curvabi-
tur omne
genu.

142. Si amplius quæras, quomodo hæc dignitas Christo tribuatur, utrum tantum secundum naturam divinam, an verò etiam secundum humanam? Respondet Paulus, Christum à Deo exaltatum hoc nomen supra omne nomen, & hanc insignem dignitatem ex gratia accepisse: Id enim vox græca ἐχάρισατο evincit. Ex quibus præsuppositis necessaria concludendi lege statuimus, Christo secundum naturam assumptam divinos competere honores, videlicet divinam reverentiam & cultum religiosæ adorationis.

143. Nota sunt præterea exempla piorum, una eademque λατρεία Christum Deum & hominem religiosè adorantiū, ut Stephani Act. 7. Magorū, Matth. 2. Latronis, Luc. 23. Mulierculæ Cananæ, Matth. 15. duorum cæcorum, Matth. 20. Cæci sanati, Iohan. 9. Quorum, ut & similibus, orationem Christus non repudiavit ut idolatricam, sed approbavit ut piam, & exaudivit tanquam ex vera fide profectam.

Fides ni-
tatur non
tantum di-
vina na-
tura Chri-
sti, sed et-
iam hu-
mana.

144. Porro sicut redempti, justificati, & baptizati sumus, sic quoque Christum Salvatorem fide amplectimur, & invocamus, sed non per solam divinam naturam istorum beneficiorum compotes facti sumus, verum etiam per humanam naturam in personæ λόγος consortium assumptam: Meritò itaque Christo θεωνθρώπων una indivisa λατρεία cultum adorationis præstamus.

45. Habes, benevole lector, in his, quæ nostra sit de Christi in coelos ascensu & sessione ad dexteram Dei sententia, quam Scripturæ sacræ & orthodoxæ antiquitati consentaneam esse certò statuimus, ac per gratiam Dei in publica συζητήσει amplius, ubi opus erit, demonstraturi sumus.

SOLI DEO GLORIA.

AB 22 841 (1)

ULB Halle 3
002 043 793




Sb.

W19

Hilf.





22

THESES
DE

ASCENSU CHRISTI
IN COELUM, ET SES-
SIONE AD DEXTERAM
Dei Patris omnipotentis,

Quas divina adjuvante gratia,

PRÆSIDE

DAVIDE R. VNGIO, S. THEO-
logiæ Doctore & Professore in Acade-
mia Vitebergensi

*Pro summo in Theologia gradu consequen-
do propugnabunt*

- DN. DANIEL STANGIVS, ECCLIE-
siæ Oldenburgensis Pastor.
- M. ANDREAS SCHAFFMANNVS, EC-
clesiæ Tremonianæ ad D. Mariam Pastor.
- M. HENRICVS TETTELBACHIVS,
Cynocomæus, Palatinus.

*Die 26 Maii, horis matutinis & pomeridia-
nis, loco consueto.*

Editio secunda correctior.

Excusæ typis Gronebergianis.
M. D. XCVIII.

